



Nr. 41.  
(1)

SPECIMEN  
BIBLIOTHECÆ  
ARABICÆ

QUA  
LIBRI ARABICE EDITI  
RECENSENTUR

AUTORE

IO. HENR. CALLENBERG  
Ph. Prof. Publ. Ord.

Halæ in typographia instituti iudaici  
cl<sup>o</sup> lccc xxxvi.



§. I.

Ubi possumus, temporis, quo euulgati  
sunt libri arabici, in narratione hac ra-  
tionem habebimus; ubi autem id non licu-  
erit, vulgaris indicis modum sequemur.  
Anno MDV. Petrus de Alcala vulgauit gram-

A

ma-

Alcala. Arte para ligeramente saber la len-  
gva arauiga. Item: dictionarium arabi-  
cohispanicum, granatae, 1505. hispanicis  
litteris. Kirstenius in vitis euangel. 4.

maticam & vocum farraginem. *Guilielmus Postellus* anno MDXXXIX. grammaticam publicauit. Anno MDXLIII. *Theodorus Bibliander* latinam alcorani versionem, sæculi duodecimi anno quadragesimo tertio, sub abbatis *cluniacensis* auspiciis, a Roberto *Retinenſi* confectam, in lucem emisit. Scripsit Bibliander apologiam pro editione alcorani, ad omnes episcopos, doctores & pastores ecclesiarum europæ; quam, sequentis sæculi anno octauo supra trigesimum, rostochii seorsim publicæ luci exposuit Jo. Fabricius, dantiscanus. Jacobus *Christmannus* anno octogesimo secundo litterarum formas typis exscribi curauit. Euangelia anno primo supra nonagesimum in Italia vulgabantur: secundo *Alhaagsibi* gram-

---

Grammaticam publicauit, parisii 4. Colomesii melange curieux, 59.

Alcorani versionem: *Mahumetis*, eiusque successorum vita & doctrina, ipseque alcoran, olim in lat. translatus a Petro, abate cluniacensi. Item eius confutationes, per probatissimos autores institutæ. Acc. turcarum res gestæ, maxime memorabiles a nongentis annis; tiguri. f.

Litterarum formas, sub titulo: alphabatum arabicum; neapol. 4.

Euangelia arabicolatina, typis mediceis. f.  
Alhaagsibi: romæ edita est. Kirſt. gramm.  
arab. lib. 3. p. 7.

grammatica : quinto lugduni batauorum,  
specimen characterum arabicorum.

§. 2. Progredimur ad saeculum XVII.  
Octavo & ultimo primi decennii anno Petrus  
Kirstenius grammaticam wratislauiae vulgavit:  
nec non vitas quatuor euangelistarum, ora-  
tionem dominicam, psalmum L. & alcorani  
caput primum: anno nono Auicennæ parti-

A 2

cu-

Kirstenius grammaticam. *Liber primus,*  
*seu orthographia & prosodia arabica,*  
*breslae, anno 1608. fol. Liber secundus,*  
*seu etymologia arabica, ibidem, 1610.*  
*fol. Liber tertius, seu syntaxis arabica;*  
*ibidem 1610. fol.*

Vitas 4. euangelistarum, ex cod. msc. arab.  
cas. erutas, breslae, typis arab. ac sum-  
tibus autoris, fol.

Orationem dominicam, sub titulo : *tria*  
*specimina characterum arabicorum, seu*  
*oratio dominica, ex vetusto codice msc.*  
*arabico casareo transcripta, &c. breslae,*  
*1608. fol.*

Auicennæ particulam. *Liber secundus de*  
*canone canonis a filio Sinae (i. e. Au-*  
*cennæ) ex asiatico & africano exem-*  
*plari msc. cas. arabice per partes editus,*  
*& ad verbum in latinum translatus,*  
*notisque, textum concernentibus, illu-*  
*stratus, breslae, 1609. f.*

culam; undecimo Iudæ, apostoli, epistolam.

§. 3. Anno decimo tertio maior Thomæ Erpenii grammatica publicata, anno autem trigesimo sexto auctior recusa est: decimo quarto a Iosepho Scaligero collecta proverbia arabica cum latina interpretatione in lucem edita sunt: decimo septimo Erpenius historiam Iosephi, ex alcorano excerptam, cum triplici versione notisque, lugduni batauorum edidit.

## §. 4.

Epistolam Judæ, ex msc. heidelbergensi arab. ad verbum translatam, breslæ, typis arabicis, & sumtibus autoris, in officina baumanniana. f. Accepimus etiam a Kirstenio decadem sacram cantorum & carminum: item Matthæi euangelium, notis arabicis illustratum. Vide notas eius in euangelium S. Matthæi, ex collatione textuum arabicorum, ægypt. hebr. syr. græc. lat. breslæ, typis arabicis ac sumtibus autoris, in officina baumanniana, anno 1611.

Josepho Scaligero. Colomesii melange curieux. 112.

Erpenius. Idem edidit pentateuchi mosaici & noui testamenti versionem arabicam; paraphrasin euangelii iohannei, latine versam, notisque instructam; proverbiorum arabicorum centurias II. adnotaciones in Raphelengii lexicon.

§. 4. Tertii decennii medio cogitandi rationandique regulæ, cum christianæ religio-  
nis rudimentis quibusdam, in lucem prolatæ  
sunt: anno septimo copiosor, quam Robertus Bellarminus scripsit, declaratio doctrinæ  
christianæ, a joanne Hesronita in arabicam  
linguam translata est.

A 3

§. 5.

Ratiocinandique regulæ, sub hoc titulo:  
*Isagoge, siue introductorium arabicum in  
scientiam logices, cum versione latina;  
ac theses sanctæ fidei; apud Stephanum  
Paulinum. 4.*

Doctrinæ christianæ: *Dichiaratione della  
dottrina christiana piu copiosa del Bel-  
larmino, tradotta in lingua arabica da  
giov. Hesronita; romæ, typis congreg.  
de propag. fid. 1627. 8. Relatum quo-  
que legi: Bellarmini doctrinam christia-  
nam ex italico in arabicam versam a vi-  
ctorio Scialac & gabriele Sionita, philo-  
sophiae atque theologiae professoribus,  
editamque (seu recusam, nisi ex an-  
no MDCCXIII. error addendo fecerit  
MDCCXIII.) romæ, ex typographia sauaria-  
na MDCCXIII. Franciscum Sauary, qui gal-  
liarum regi a consiliis fuit, eiusque apud  
românum pontificem orator, sumtus præ-  
buisse librum (primo) edentibus; eo con-  
silio, ut præcipue alexandrinis succurre-  
ret,*

§. 5. Quarti decennii initio grammatica, *Agrumia* appellata, cum latina Thomæ Obicini interpretatione, romæ prelo subiicitur: anno secundo Joannes Baptista *Vallius* ex hymnorum dauidicorum versione voces arabicas in unum volumen collegit: tertio litterarum formæ romanæ exscribebantur: vocum vulgarium collectionem Dominicus Germanus de *Silesia*, preli romani ope, multiplicauit. Septimo anno Joannes *Fabricius* rostochii in lucem edidit specimen arabicum, in quo sunt scriptiones arabum quorundam, judicium de arabum soluto dicendi genere, & de eorundem poesi. Tum *Guadagnoli* defensio christianæ religionis aduersus muham-

me-

---

ret, inter quos olim gallicanæ nationis consul degerat. Interpretes, consentiente Bellarmino, nonnulla addiderunt, & omiserunt alia, quæ exemplar habet italicum, prout gentis, cui destinata fuit versio, opiniones, moresque requirere videbantur. Item Iustus Bellouacus, capucinus, Bellarmini institutionem catecheticam arabibus intelligibilem fecisse memoratur.

Jo. Baptista Vallius: *dictionarium latino-arabicum Dauidis regis*. Paris. colom. melange curieux. 161.

Multiplicauit: *fabrica piccola della lingua arabica vulgare & Italiana*. 4.

medianos, antea latine publicata, arabice quoque in lucem edita est. Exemplum latini libri extat in halensis orphanotrophei bibliotheca, quod olim maronitarum collegii rauennensis fuit, cuius socius sua manu passim Guadagnoli adscripsit refutationem. Octauo quarti decennii anno dictus Fabricius foederis, quod cum christianis *Muhammedus* pepigisse fertur, instrumentum rostochii recudi curauit. Illud anno circiter trigesimo huius saeculi parisii in lucem prolatum erat a gabriele Sionita. Germanice quoque extat. Adfirmsat Sionita, ipsum esse genuinum: Grotius vero putat, christianos id effinxisse, ut, ob-

A 4 tento

---

Latine publicata: *apologia pro christiana religione*, qua a R. P. Philippo Guadagnolo Malleanensi, clericorum regul. minorum s. theologie & arabica lingue professore, respondetur ad obiectiones Abmed filii Zin Alabedin, persae aspahensis, contentas in libro inscripto, Politor speculi. Romæ, typis sacræ congreg. de propag. fide. MDCXXXI. 4.

Recudi curauit, inscriptum: *Muhammedis testamentum*, sive pacta, cum christianis in oriente inita, &c.

Prolatum erat, apud Antonium Vitrag,  
Grotius, epist. ad gallos p. 239.

Germanice: *Mahomets testament, benebst einer turckischen propheceyung*, 1664. 4.

tento tanto nomine, moslemis æquioribus uterentur. Romæ, scriptum sub titulo: *antithesis fidei arabica*, publicabatur. Anno nono vocum maior collectio romanis typis exscripta fuit.

§. 6. Sub quinto decennii principio hamburgi alcorani translatio belgica vulgata est; anno secundo romæ grammatica philippi Guadagnoli, cum psalmis quibusdam dauidicis; tertio a leuino Warnero profecta doctrina de Christo muhammedica. Anno octauo romanus præsul arabibus formulam sua sacra pro-

---

Maior collectio: *fabrica magna linguae arabicae*, cum interpretatione latina & italica, accommodata ad usum linguae vulgaris & scripturalis, auctore f. dominico germano de Silesia. f.

Translatio Belgica: *de arabische alcoran van Mahomet*, hamburg. 1641. 4.

Grammatica: *institutiones lingue arabicae*. f. Psalmis quibusdam: *sette salmi penitentialiæ arabici* 8. Hoc tempore edebatur etiam scriptum, cuius hic est titulus: *dottrina arabica italiana*, romæ typis congreg. de prop. fid. 8.

Doctrina de Christo: *compendium muhammedanum de Christo & christianareligione*, lugd. bat. 1643.

Formulam sua sacra profitendi: *brevis orthodoxæ fidei professio*, arabice. 8.

profitendi exhibuit: nono andreas du Ryer gallicam alcorani versionem parisii publici juris fecit: decimo Pocokius publicauit specimen historiæ arabum: in publicum quoque exiuit chorasmia & mauaralnahræ descriptio, ex tabulis Abulfedæ Ismaelis de-suinta, arabice & latine. Joannes Grauius londini edidit *Ulug Beigi* epochas celebriores chataiorum, syrorum, arabum, persarum, chorasmiorum, cum versione latina.

§. 7. Sexti decennii anno tertio annalium Baronii pars prima & secunda romæ arabice vulgabatur, auctore Brictio rhedenense, capucino. Golius lugduni batauorum edit lexicon, in quod deriuatum est, quod Gieughari liber, dictus fœcundum flumen, continet. Quod opus quomodo perfici pos- sit, Hagerus ostendit. Anno quinto Mat-thias Wasmuthus grammaticam scripsit: quin-to Brictius romæ edidit annualium sacrorum epitomen; & lugduni batauarum Joannes Ge-

A 5 or-

---

Alcoranni versionem, recusam anno nostri  
sæculi decimo nono, atque sic inscriptam:  
*L' alcoran de mahomet, translate d' arabe en françois par le sieur du Ryer, à anuers. -- paris. Colomes. melange curieux. 163.*

Historiæ arabum, oxoniæ. 4. 1650.

Hagerus, in consilio de supplemento lexici ara-bicolatini goliani. Dicunt: Golij belgice de lingua hac scriptam grammaticam reperiri.

orgius *Nisselius* alcorani caput XIV. & XV.  
cum triplici versione: septimo Petrus Vatterius  
*Elmacini* historiam gallice vulgauit: octa-  
uo *Arabsiadis* commentarios de vita Tamerla-  
nis lutetia parisiorum petrus Vatterius gallis  
intelligibilem reddidit; atque *Eutychii*, pa-  
triarchæ alexandrini, annales, interprete edu-  
ardo Pocokio, oxoniensibus typis exscripti  
sunt.

§. 8. Septimi deceimii anno primo idem  
Pocokius notas conscripsit in *Togræi*, poetæ  
arabis, carmen: sexto henningius *Hennin-*  
*gi* proposuit muhammedanum precantem.  
Christophorus *Cellarius* sexto noni decennii  
anno isagogen in linguam arabicam cizæ pu-  
blicauit: octauo math. fridericus *Beckius*  
specimen arabicum augustæ vindelicorum;  
& paduæ typis exscripta est prouerbiorum  
collectio, quam th. *Agnellino* debemus. Per-  
fice

---

Alcorani caput, lugduni bat. 4.

Petrus Vatterius, paris.

Muhammedanum precantem, flesuici, 8.

Specimen arabicum. *Bina alcorani capitula*  
*latine vertit, notisque illustravit.*

Proverbiorum collectio: proverbit utili e  
virtuosi iu lingua araba, persiana e turca,  
gran parte in versi, con la loro ispiegatio-  
ne in lingua latina & italiana; & alcu-  
ni vocaboli di dette lingue: raccolti da ti-  
moteo

fice quoque & turcite redditæ sunt prouerbia ista; ipsisque latina & italica explicatio subiecta.

§. 9. Ultimi decennii anno quarto Iacobij apostoli, epistolæ, catholicæ versionem arabicam vitembergæ in lucem emisit nic. Panecius, apposita interpretatione Nisselii; septimo liber de infantia Christi, curante henrico Sicke, in lucem prodidit. Is ex græco versus est, sed græcum intercidit. Octauo excusum est specimen versionis alcoranicæ, quod caput alcorani decimum nonum de Maria complectitur. Queritur autor, quod indice ac collectione concordium locutionum alcorani destituamur. Hortatur, ut hunc librum, collatis hebraeorum, christianorum &

ara-

---

*moto Agnellini, il minimo fra i vescovi della mesopotamia, in padoua, nella stamperia del seminario. 8.*

De infantia Christi. Euangelium infantiae, traiecti ad rhenum, 8. pag. 254. Conferantur Hinckelmannus in præfatione alcorani, Hottingerus in dissert. III. p. 197-198. Baronius ad annum Christi I. secl. 46. Richardus Simon dans l' histoire critique du nouveau testam. c. 3. p. 29. 30. Iudouicus de Dieu in notis ad historiam Christi, a Xauierio perfice scriptam, 588. Maracci in parte I. prodromi alc. 59.

Excusum est, colon. brandenb. 4. autor novem suum tribus litteris s.g. f. conclusit.

arabum antiquitatibus, illustremus. Ultimo sæculi XVII. anno geneseos initium francofurti in lucem prodiit.

§. 10. Sæculum decimum octauum hæc habet. Eius anno primo georgii Othonis grammatica francofurti in lucem emissa est. Septimo justi helfr. Happelii, & joannis henrici Maji grammaticæ: nono alb. Schultens huius linguae præsidia ad sacri codicis illustrationem adhibuit. Anno decimo octauo joannes godofredus Lackenacherus elementa linguae huius, ductu Hardtii, in lucem edidit.

§. 11. Hactenus secundum tempus quodam enumerauimus libros; nunc alios subiiciemus, in quorum ætatem non potuimus accurate inquirere. Prostant philosophus autodidaktos, seu epistola *Abigiaaphari*, arabice & latine ab eduardo Pocokio, filio, edi-

tar:

---

Geneseos initium: quatuor prima capita geneseos, arabice & latine ex bibliis polyglottis separatim edita a M. G. C. B. 4.

Happelii: institutio linguae arabicae. 4.

Maji: brevis institutio linguae arabicae, cum glossario iusti helfr. Happelii. 4.

Schultens: animaduersiones philologicae & criticæ ad varia loca vet. test. in quibus, ope præcipue linguae arabicae, multa, ab interpretibus nondum satis intellecta, illustrantur, quamplurima etiam, noue explicantur, modestie proponuntur; amstelod. 8.

ra: & *Abulfedæ adagia quædam & prouerbia.*  
*Theophilus Agnelius*, archiepiscopus mardenius, libellum de christiana perfectione arabice vertit. *Grammaticam, Tafsirib Scheich Alemani*, in lucem emisit jo. baptista Raymundus. *Ali sententiæ publicatæ sunt; item muhammedis Assanhaschiadis grammatica;* *Auerrois atque Auicennæ opera latine interpretatus est, & commentariis illustravit armegandus Blasii.* *Auicenne scripta petrus quoque Vatterius latine vertit: angeli Canini extat grammatica: joanni Elichmanno Cebetis tabulam græcam, arabicam & latinam debemus.* Ecclesiæ græcæ cum romana concordia romæ publici iuris facta est, annidente *Euthymio tyri & fidonis archiepiscopo.*

Caf.

---

*De christiana perfectione: breue compendio della perfectione christiana.*

*Muhammedis, Romæ excusa est. Kirſt. gramm. arab. lib. 3. p. 7. 8.*

*Auicennæ atque Auerrois. Colomesii melange curieux. I.*

*Auicennæ scripta. colom. melange curieux. Kirſtenius lib. 2. de canone canonis Auicennæ p. 7. scribit: Auicennæ opera romæ excusa esse, sed vitiose. Eorum librum primum restitutum ab Andrea Gratiolo Saladiano. conf. quoque grammat. eius 2.*

*Cum romana occidentali Bayeri hist. congreg. de propag. fide 38.*

Casparus Hornius *Gebri*, arabis, chymiam emendauit, eique suam adjunxit alchymiaæ gebricæ medullam: *Giggei thesaurus linguæ arabicæ*, auspiciis cardinalis, Borromei, publicatus, lexicon est.

§. 12. Claudio Hardy epistolam, a regulo quodam orientali, ad Ludouicum XIV. galliæ regem, scriptam, arabice reddidit: *Iosephi*, ægyptii, paraphrasin quatuor priorum conciliorum generalium interpretatus est guilielmus Beueregus; thomæ Kempistii libros de imitatione Christi petrus Golius in arabicam linguam transtulit; habentur *Lemannii* fabulæ; gabdorrhachmani *Nasaridis* de somniis libellus, a petro Vatterio gallice versus; thomæ Obicini logica; thomæ Perierii lexicon arabicum; francisci Raphelengii arabicarum vocum collectio; bartholin Rathmanni grammatica. A christiano Rauio euul-gata prima alcorani capita; catechismus *Richelii* a justo Bellouaco in arabicum versus.

Ex-

---

*Giggeji. Chamberlainii orat. domin. p. 5.*

*Claudius Hardy. Colomesii melange curieux.*

259.

*Beueregus, in synodico suo.*

*Kempistii libros. Colomesii melange curieux. 83.*

*Gabdorrhachmani. Paris. Colom. melange curi-*

*eux. 223.*

*Thomas Perierius. Colomesii melange curi-*

*eux. 261.*

*In arabicum versus est, parisii.*

Extant andreae Sennerti grammatica: ruthgeri Spey, boiardiani, grammatica, & capita quædam religionis christianæ; joannis baptistæ Valpii vocum collectio, illis præsertim inseruiens, qui arabice scribere cupiunt.

§. 13. Jo. Zechendorffius edidit orationis dominicæ resolutionem. Idem duas suratas alcorani, sc. LXI. & LXXIX. vulgauit, cum earum refutatione arabica. Alcorani verba & refutatio adiectam habent versionem latinam. Diuinam, memorat, se iuuare voluisse conuerzionem turcarum, persarum, mauritanorum, aliorumque. Se abhinc viginti annos alcoranum totum vertisse in latinum sermonem, atque magna ex parte refutasse; sed schedas fere omnes perisse, in quibus refutatio perscripta sit. Postea se capita etiam catechetica christianæ religionis perfice reddidisse. Adiecit epistolas, quibus institutum laudatur, christophori Crinesii, georgii Kœnigii, danielis Schwenteri, ludouici de Dieu, joannis Fabricii, gedanensis. Crinesius dicit: se lexicon componere arabicum ex verbis psalterii. Thomæ Erpenio fuisse consilium publicandi alcoranum refutatum. Zechendorfo spiritum jehouæ euglotton concessum, ut turcas veritatis scientia imbuere possit. Optat, ut, quemadmodum Lutherus occidentalem vicerit antichristum, ita ille

---

Suratas alcorani. Specimen suratum aliquot ex alcorani systemate, cygneæ. 4.

ille orientalem debellet. In *Kænigii* epistola est: Zechendorfium singulari prouidentia Dei excitatum, ut sedenti in tenebris populo, luce veritatis accensa, præluceat, multosque a vanitate traducat ad veri Dei cultum. Hoc opitulante, præclarum conatum non fore inanem. Se monere ipsum, ut alcorani confutationem arabice reddat, quo turcæ, legentes eam, ad veritatis cognitionem prouehi possint. Item hortari se, ut extantia in alcorano verba in indicem, quem lexicon vocamus, congerat. Ludouicus de *Dieu joannem Elichmannum*, linguis orientalibus, præsertim arabica & persica, apprime eruditum, celebrat. *Fabricius* mentionem facit arabici libri, cuius latīna interpretatione iam sit occupatus.

§. 14. *Biblia romæ* edita sunt, vulgari versioni latinæ accommodata, stiloque tam rudi, ut ab arabibus non possint non contemni. De noui fœderis arabicis versionibus agit *Leusdenius*. Jussu Gregorii XIII. pontificis romani, formula sacræ cœnæ celebrandæ publicata fuit. Extant quoque sub eiusdem pontificis auspiciis editæ precatio[n]es christianæ, sed syris literis; nec non liturgiæ.

---

*Biblia Romæ Bayeri historia Congreg. p. 23.  
de sacri codicis versione arabica videre quoque poteris Colomesium in melange curieux.*

164.

Agit *Leusdenius*, in *philologo hebræo-græco*,  
p. 67.

*Formula sacræ cœnæ, missale christi.*

Bd 12/16.

8 8

B.C.





SPECIMEN  
BIBLIOTHECÆ  
ARABICÆ

QUA  
LIBRI ARABICE EDITI  
RECENSENTUR

AUTORE  
IO. HENR. CALLENBERG  
Ph. Prof. Publ. Ord.

Hæc in typographia instituti iudaici  
ab locc xxxvi.



§. I.

Ubi possumus, temporis, quo euulgati  
funt libri arabici, in narratione hac ra-  
tionem habebimus; ubi autem id non licue-  
rit, vulgaris indicis modum sequemur.  
Anno MDV. Petrus de Alcala vulgauit gram-

A ma-

Alcala. Arte para ligeramente saber la len-  
gua arauiga. Item: dictionarium arabi-  
cohispanicum, granaiae, 1505. hispanicis  
litteris. Kirstenius in vitis euangel. 4.